Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mo suuitutis dicens. Cum ꝛpleti fuerint
vii. anni. dimittat unusquisq; fratrem
suum hebreum qui venditus est ei. et
seruiet tibi sex annis. et dimittes eum
a te liberum. Et non audierunt patres
mei me. nec inclinauerunt aurem suam.
Et cum esset eius nos hodie. et fecistis q̃
rectum est coram oculis meis. ut prædi
caretis libertatem unusquisq; ad ami
cum suum. et multis pactum in ꝛspectu
meo in domo in qua inuocatum est
nomen meum super eam. et reuersi es
tis. et maculastis nomen meum. et
reduxistis unusquisq; servum suum. et
unusquisq; ancillam suam quos di
miseratis ut essent libri. et sub potes
tatis. et subiugastis eos. ut sint
vobis serui et ancillæ. Propter hæc dicit
dominus. Vos non audistis me
ut prædicaretis libertatem unusquisq;
fratri suo. et unusquisq; amico suo. Ecce
ego prædico libertatem ait dominus
ad gladium ad pestem. et ad famem.
et dabo vos in commotionem omnis
regnis terræ. et dabo viros qui præter
ierunt fœdus meum. et non obser
uauerunt verba fœdis quod: assensi
sunt in ꝛspectu meo. Vitulum qui se
cederunt in duas partes. et transierunt
inter divisiones eius principes iu
da et principes hierusalem. eunuchi. et sa
cerdotes. et omnis populus terræ qui tran
sierunt inter divisiones vitulii:
dabo eos in manu inimicorum suorum. et
in manu quærentium animam eorum. Et
erit morticinum eorum in escas volati
libus cœli. et bestiis terræ. Et sedechias
rex iuda. et principes eius dabo in
manu inimicorum suorum. et in manu
quærentium animam eorum. et in manu exer
citus regis babylonis. qui recesserunt
a vobis. Ecce ego præcipio dicit dominus.
et reducam eos in ciuitatem hanc.
et pugnabunt adversum eam. et capient
eam. et incendent igni. Et ciuitates
iuda dabo in solitudinem. eo quod non
sit habitator. Capitulum. xxv.

Verbum quod factum est ad ieremiam a domino in diebus
ioachim filii iosiæ regis
iuda. dicens. Vade ad domum rechabitarum. et loquere eis. et introduces eos
in domum domini. in unam exedram the
saurorum. et dabis eis bibere vinum. Et
assumpsi iechoniam filium iere
miæ. filii abisamiæ. et fratres eius et omnes
filios eius. et universam domum re
chabitarum. et introduxi eos in domum
domini. et ad gazophylacium filiorum
anan. filii graciæ hominis dei. quod
erat iuxta gazophylacium principum
super thesaurum maasiæ filii
sellum. qui erat custos vestibuli.
Et posui coram filiis domus rechabi
tarum cyphos plenos vino. et calices.
et dixi ad eos. Bibite vinum. Cum
renuerunt. Non bibemus vinum. quia
ionadab filius rechab pater noster præ
cepit nobis dicens. Non bibetis vi
num nos et filii vestri usque in sempiter
num. Et domum non ædificabitis. et
sementem non seretis. et vineas non
plantabitis. nec habebitis. sed in taber
naculis habitabitis cunctis diebus
vestris. ut viuatis diebus multis super
faciem terræ in qua nos peregrinamur.
Obedimus igitur ionadab fi
lio rechab patris nostri in omnibus quæ
præcepit nobis. ita ut non biberemus
vinum cunctis diebus nostris. nos et
mulieres nostræ. et filii et filiæ nostræ. et
non ædificaremus domos ad habitan
dum. et vineam et agrum. et sementem
non habuimus. sed habitauimus in ta